hensio. Sed vt in natura vissili, oculum & lucem, felares quæ  
virtutes, & facultates conuenit appellare: Solem autem quo-  
quam, quod Sol vixque his multo praestans quidam, res  
eminentius in ſc̄e habeat: sic in intelligibili genere, scientia  
veritatem, res nimirum bonas arque diuinas, non tamē Deum  
ipsum arque illud supremum bonum exprimare debemos: equi-  
pe quod admirabiliter quodam interculo virtus, amplitudine  
potestatis, his omnibus antecellat: magnificientiusque erel-  
lit, quam ut veritatis, & scientia finibus pollii includi. Atque  
pergamus etiam ad v[er]tiora, in eadem tamen similitudine in-  
ſtentes. Sicut Sol ijs, qua cernuntur, nō folium facultatem han-  
præber, vt queant cerni, sed generationem etiam, & accres-  
tum suppeditat, & educationem: quod horum omnium gen-  
rebus arque alitis, Sol causa est, neque ipſe tamē v[er]itatem el-  
penatio: sic his qua cognoscuntur & intelliguntur, non hoc cur-  
rum ab summo adeſt natura bono, vt intelligatur, sed vt fac-  
etiam, arque existant, & vt suam quodque illorum obser-  
ventiam. Sed vt aliquando abeamus a similitudinā compara-  
ne, quam præterire vel leviter indicare affirmo vobis in de-  
hoc munus esse menti nostræ peculiari ipius officio attributum,  
vt in intelligibili percipiendo generis, & inquisitione veritatis  
exerceat: quam si in æternis, & libi ſemper conſtantibus no[n]  
ſpiceret, neque in illis veritati familiarem ſe efficeret: ne illis

his vaginibus semper & dissimilatibus, nunquamque in eodem permanetibus statu, frustra venari illam, & indagare conabatur insimile tempore uterbit ascensionibus, & ambiguis opinionib[us] confunditur: viam vitæ certè nullam vñquā inibit, qua æquo animoque ad extremum patiatur se deduci: sed reuocabit creb[us] & receter, sepeque in penitentias graevis, & mortores, ratiōnē in leopulos fixaque delata, faciet veterum suorum confitum naufragium. Quod in illis magnis & præpotentibus vi-  
niq[ue] in hac rabe & Rep. quondam, alijsq[ue] item in ciuitatibus ac populis, auctoritate & gloria rerum gestarum florere visi sunt, ferme omnibus contigit. Sed vt sint, qui hanc præcipua summa-  
cœvenientiam absoluntam notionem ad cœmunem hanc peragen-  
dam vniū hanc ita multum esse necessariam putent, in quo eti-  
mō imprudentia labuntur, habent tamen paratam ex hominū quo-  
tidiani morib[us] & f[ac]tis erroris sui defensionem. Nos qui ve-  
tānū hominis præstantiam ac dignitatem è Philosophia queri-  
mos, sumūque ex ea bonum nūtrīmus conseq[ue]ns, si rerum altissi-  
mū cognitione nos effe instrūtos volumus, num sūnus  
prospere reprehendendi? Atqui dicimus planè, sine ijs, or-  
dine & viuendi teneri nullo modo posse: nisi enim prius ra-  
tio p[ro]p[ri]a cipicet semer, rotamque perfexerit, & domestica sui  
primum, etenq[ue] secundū veritas scientia erudita, tum demum  
accidet ad considerandum hac humana, eaque tractandū ac  
dingendum, ats bene viuendi perpetuo confitare nulla poterit.  
Sed cum rerum earum, que in mundo & natura sunt, caufarum q[ui]  
quibus illa effectus in lucem prodierunt, indagationem omnium  
& eorum coguocendū Philosophie profitetur, singularum est  
exploratio in his libris arq[ue] locis, cū ab autoribus ceteris, tum  
vero in primis ab Aristotele petenda, non enim propositum est  
in predictis huiusq[ue] res perlegi. Illud propositum, ut quoniam  
ratio nostra ad intelligendum solū, quod ipsa per se & seorsim  
sunt, rerum etiam ad agendum arque imperandum, quod  
est illi in communitate cum ceteris partium officium genita fa-  
ctaque est: illud ipsum, in principe & moderatore omnium re-  
rum Deo, consideret prius, & intrueatur, quod regere est & impe-  
tare: vt illi deinde exemplo, & imitatione erudita, diuinam  
quandam illuc magnificentiam, & admirans rebus faciliter  
tem, ad hac humana & inferiora transferat: quod est totum il-  
lum actionum, que posite in conciliis sunt, non in operibus  
manu factis: quorum quidem actionum splendor omnis, & pul-  
chritudo heret, in ipso homine, penitusque insita est. Et si enim  
cū hoc, totusque iste mundi ornatus, pulchritudine & deco-  
re, mediatisinus sit, diuinique ordinis convenientiam & venu-  
tiam, cum admirabilitate maxima, mortalibus oculis ostendat:

T s      vt quod

ut quod vndiq; effulget pulcherrimorum lumen diffusum & copia, cibisunque propè immensis, & non enarrabili torqueatur, vñq; èo quidem, ut latiari mentes humanae non quantum spectando illud, atq; mirando: tamen pulchritura munda & magnificentiora Dei consilia, quib; editū id in natura, & modi factum est. Videndum est igitur hoc consilium, & gubernationi ratio est nescenda, quò nos, qui participem diuinitatis cupimus, ad rationem eandem deinde, similes consilium, nostra & cogitata & acta accommodemus. Ne verbum esse potest, quin decor, & dignitas, & pulchritudo gloriam Deo, omnibus rebus ortum cauamq; praebet illa pulchritudinis, maximè conciliare amorem, appetitum, & cōgrediendi, & potius: quo quidem appetit ex illa Deo, & honestissima in natura excitato, cūtus iste mundi, & omnis apparatus, ad conquirendum Deum, ut suum donum se erexit. Pulchrum porrò est, quod semper ipso decens est, & modo, atq; vtile ceteris. De illa pulchritudine non loquamur, quæ mente intelligentiæ: comprehenditur, cuas umbra quædam fert, hæc quæ in corporibus descripta est pulchritudo, nam ipa quoq; vim possidens, ut non absurdum de illo regrediatur dictum, speciem primum dignam esse imperat. Sed ut pulchrum princeps, illud quod est rationis, & intelligentiae deamus. Nemo vñquam veriorem, digniorem, appositiorum pulchri ac decori speciem rationem exprefserit, quam haec quæ sit in eo, quod est prodest ceteris, sibi sufficere, & contentum esse, quod vtrumq; in pulchro inesse est necessarium. Nam ut corporum formis videmus, quarum omne oculorum est inde, si qua pars corporis à ceteris partibus sui dimensus posse decrepet: non verè illū, in quo insit virtù hoc, formolum possit appellari, propter quod species in eo à convenientia difficit, & gerque alio quipiam, ut expleatur & perficiatur: sic circa & ambo minus est, & minus appetitur, quod neque delictare sed dum potest proper incongruentiam, neque adiuuare propagestatem: eget enim & ipsum aliunde adiumento: sic illud complex, & menti propositum pulchrum, quod omnes congruentes honestatesq; in se continet, nullajplum parte sui immunitum nec indigens, contraq; omni bono ac decore cumularum, & compleverum, cōcursum omnium rerum excitat ad obsequendum, & obediendum sibi, ut quelibet res ad nutum præsto fit, quippe illi naturæ operam suam: quippe quæ experiarur & tentarior eo, quantum illi se dedicerit, & ad accipienda illius imperiale subierit, tantum se & iucunditat, & commodi ad sumptuose plendam naturam esse reportaturam. Hac igitur imperata ratione Deus, & hac facilitate regit vniuersa ac permissus, quæ

semper agit id, quod se ipsum primùm deceat: deinde sit utilis extenui: & cum alijs bonum virilitatis impatiuerit, ipse suum retinet, quod est decori, dignitatis, amplitudinis bonum. Quod etiam in viis affectionibus naturæ & operibus, nulla verior ratio, neceq; confitior reddi possit, quam ob rem quicque sic efficiens, quam hæc, quod ita cum facere decuit, & quia rei effectu illud fuit optimum, vt & à dignitate illius qui agit, & ex eo quod agitur emolumento ac commodo, valida in primis fonsque in argumentis conclusio. In quo tamen ipso ubique & præcipue decorum illud elucet, quod præclarum in se acque munificum, duplique hac de causa amabile careris, facit, vt facile imperium sit in volenteribus, nulloque misere conatur ue laborioso, omnis rerum molitus gubernatioque transfigatur. Et haec tenus quicquid Philosophia hominis rationem in suo & proprio munere contineat, vt in speculandis naturæ operibus illam exercetas, ex eisem id eocet, in quibus origo est, & sedes, & domicilium venias. Quæ quatenus in summis & sempiterna immutabiliter confunditis versatur rebus, iure ac merito dicta est sapientia: fontes enim in illis sunt & scientia omnis, & prudentia. Quare ad amittantia geminabilitaque confertur, scientia naturalis, estem Græcè Phylifice est appellata. Moralis autem, quum humanae dirigendis actionibus adhibetur. Quæ trimembri diuinitas in Philosophia exposta atque monstrata, præclarè illa definiunt res esse scientia, & diuinarum simul, & humanarum. Num quando iam sat, quod ad præsentem quidem nostram diligentiam pertinet (nam ad rem ipsam pleniorēmque dominam non sat) de officio seorsum & per se humanæ mentis est dictum quod in prioribus dubibus illis Philosophiae partibus, sapientia videlicet, & naturali scientia, possum est: Restat communis tamen hominis, non iam partis in eo separatis aliquius actus, atque exercitatio, moralis scientia propria: ad quam cum nra Philosophia deductura est: rectumque suimet in ea usum, ita illum edocitura, vt nulla neque virtutis, neque officij pars, que ad bestiam consequendam vitam pertinet, in hoc quoque genere profici relinquitur. Item ab illis altissime veritatis consilijs, & rerum æternarum speculandis rationibus, in quibus tanquam cognata illarum, atque eisdem cum illis nobilitatis conforis, semetipam mens præcipue agnolcebat: fruenterique tum vero, & sive nature munere, & sapientia nomine: defixa ad animaduertendum conditionem necessitatis fidei, quæ quum alienis & longè dissimilibus sibi generibus coniuncta, permulta obire simul cum ijs, atque viuere agere coegerunt: primum quidem aspectu vehementer perturbata est:

T. 2 assuta

assueta enim tranquillitati, & ordini rerum sibi consonantibus nulquam ab eo, quod idem est, digredientium: ut videtur sociarum partium incertos, & varios, nullum neque medium que ordinem suapte sponte retinere, eosque cum imponentiis, ac saepenumero molestos, tum inter se pios quoque iritantes sentientes: defleuit quidem illi primò conditione fuisse quod à beata illa cura fruenda, & contemplanda venturam perit, in turbam sele & in factiōnem impeditius: veruntamen acriter ad officium conserua, cum intueretur consilium & voluntatem summi Dei, non solum aequo, sed alacri etiam humor obediendum illi se dedit. Quid enim faceret securus in illis rebus, ex quibus nexus est mundus, exercitata atque alia admirabilis, continensque complexus, paratus vbiquedam diendum Deo, apprimè eam instruere potuerat, suum emper bonum, in ordine & obedientia huiusmodi, maxime querens esse. Igitur in hanc deliberationem se contulit, ut quae omnes sibi dedisset comites, cum eis statueret pacate & concorditer vivere. Atque, ut in re perdifficili & ardua, ad Philosophum qui solebat, configiens opem admonita ab ea ipsa ei, vaginam & incertiora agendæ vice disciplinam, ab eis rebus accepit quas stabiles & certas in natura cognouisse: regendique & perandi ordinem totum arque exemplum, illuc huc mandans. Quod quidem sic agere confirmat: primumq; illud animantem corporis expressam esse in se, & in corpore eo, quod pertinera esset, imaginem quandam tum praetentis Lei, cum in mundani operis, quod creatum factumque a Deo, euidenter imperio & numine regeretur: ut quemadmodum Deus immo omnium consistens, rebus incisis & mobilibus imperi immotus ipse, & semper permanens in eodem, globisque corporum cœlestium alias præponit mentes, que in eum ipsum intantes, ac nulquam ab eius lege & ordine defelientes, mouent exteriora corpora: ipsas vero varias & multiplices elementorum concusiones, confictus, illisfones, quoniam minutissimis laboribus certum redigere non licebat, illa viuientia lega coherens qua paribus omnia liberata ponderibus, & vim inter se acquisitam continentia, finibus se suis singula continent: neque alio alio pergedi, aut viribus & potentia preponderante efi factum. Ad mens ipsa tanquam alter in corpore humano Deus, stabili mente semper nitens, reliquas anima partes mouendo corporis pastas, suapte ordinis finiumque expertes, ad intuerentur eum ordinem, quem vera in seculo descripsisse ratio, revocant formamque illius decori pulchritudine offerente: qua specie dum illecte illa ad amorem, studioq; accense ciuilem imitanda pulchritudinis, & participanda, cum suum etiam præterit in eo

commodum sentirent, atq; experientur, facile ratione imperii, & nullius impedimenta controuerha, relinquenter. Itaque mens stupa-  
rata quoq; comitatu illarum cognitionum quas in contem-  
plationibus artemis antea percepisit, sapientiam primū de-  
uocat de celo, quamq; non nihil hac quoque inferiora vt anti-  
memento, computat, vocavitq; eo nomine prudentiam: quod  
lexebam a perpendendo ductum, voce ipsa indicat, in res ob-  
fusa & huic natura perspicua lucis expertes, aciem esse inge-  
ny, & mentis intendendam. Porro autem sapientia in eo aliquā  
di commora, vt cupiditatum, & affectionum, omniumque ea-  
rum operationum, quae multiplices, ac variae in animis nostris  
encorunt, causas, fines, naturamque cognoscet, cum videret  
essentiaitate quadam præcipites, subitasque ferri, & ad ea expe-  
rendi, introuienda, que per sensus interpretes, letablia for-  
midolosa oblatra essent, sine modo discutere: intellexit harū  
terum eis comitatum illum, quo sentiens anima, cum  
vegeta coniungitur: quod ex huiusmodi coniunctione plus  
illuminat & ignobilis, ab alijs sapè partib; tribuatur, quam  
firavimus. Itaque prudentiam, quam ab se instructa consilijs, &  
ratiōnib; ad regendas iam adhibebat, rectiōnēque illi re-  
tinet humanarum in diuinis ipsa resistens, per manum quasi tra-  
debat: admonitus, vt notaret, animumque aduerteret, primam  
dilectionem humane vita, & fundamentū vniuersa salutis, po-  
tissimum in eo confidere, si singulū in homine anima pars,  
suum vaseque & penum, & pretium obtinere: neque alteri  
alio de eius quicquam iure, honorēue decerpit, hoc enim uno  
modo demonstrauit, concordiam & pacem in animis constitui,  
viamque ad beatam vitam posse inteniri: si, qua regendis, & in  
vitate continendi ciuitatibus, in primis necessaria est, prima in  
ipso homine inlita extitifit: quod ca virtus virtutum est fides,  
& fundamentū reliquarum: per quam quisque suarum rerum  
diligens orator, atque custos, aliena minime appetit: neq; mu-  
nus intercipit alieni officij: quod vbi sit, ibi cum latitia, &  
cum tranquillitate maxima vita degit. Hoc igitur primū  
discipili prudentia, idque exprimere ac proferre in agendis  
rebus studes, penitatis cunctiarum in homine partium condi-  
tiorib; & metu, staruit parti illi vitali & insimilatantur esse  
tribendum, quantum ad vitam, & ad incolumitatem sat esset:  
unique ea pars consilio omni orba, legem, lumenque rationis  
modo nullum habeat ipsa in se, sed ne aliusnde quidem pos-  
ticipet: quo etiam nomine contemptissima est partium reli-  
quarum, & obscurissima: quandoquidem, quod nec sua, nec alie-  
nū possidentes ratione, ordinis & elegantie totum est expers: ta-  
nent quia necessaria ad consistendum est, stabilitatemque, &

T t 3 veluti

veluti solum, reliquis partibus anima præbet, non mediocri-  
 dio à nobis conseruanda est: ut illo tanquam firmamento in-  
 ad posteria obœunda vita officia nos attollamus. Quan-  
 do nō primum illi tempus, & prima curatio superpedant divisa ex  
 tibus attribuitur. Quo nomine ea etiam sit aliquum homo  
 particeps: ut si nobilitate ceterarum postrema est, antea  
 tempore: sicut ed mirabilis ille prudentia conexus, se tem-  
 xando, ac confitudo concordi homine, omnia interfici  
 lis amabilibus illigat atq; constringit. Sentientem venienti,  
 quæ nō omnis penitus necessitate deuincta est, sed habet quæ  
 in se liberale & splendidum: nam & voluptibus frumentis  
 & intelligibilem pulchritudinem illam, in aspectibus  
 lis species, & sensilia simulachra quodammodo transfere  
 mens à prudentia instructa, vt sociam, æqualemque compa-  
 eius rationis quam ipsa in se insitam, atque innatam contineat.  
 veritatis eius, quæ ex intelligentia rerum semper in eodem  
 sentium, illi percepta est, participē facere conatur. Quæ con-  
 munione mentis atq; sensus, ritè & ordine per prudentiam suam  
 dignitatis species illa, quæ via omnium rerum humanarum  
 cherrium est oculis præclarissimumque spectaculum, in rebus  
 moribus & actionibus hominum exprimitur. Ut enim aliis ho-  
 me recordor dixisse, in copulatu & compositione rerum, prius  
 consensu ille, atq; ordo, & æquabilis omniū inter se conuenientia,  
 intelligentia atq; mentis veritas est: oculis & sensibus percep-  
 tio ac dignitas, vt dignitatem definire si velimus, pellit se de-  
 mus, translatam illam ad sensum & ad oculos, esse veritatem  
 dignitas affectibus subiecta, qui tantos amores sui in omni  
 minum genere conciter, cunctumq; orbem propè terrarum in  
 quietum & sollicitum semper habeat: intra eos hinc est inge-  
 liberalibus permittenda, vt ne vñquam prodat, nec delectat veri-  
 tam: hoc est concentum & concordiam animæ partium sed  
 uellat, in quo & ambitioni & populari glorie, & hinc impetu  
 cupiditat, qua homines proiectè nimiri, & prætermodi  
 effteruntur, posita lex erit. Vult igitur mens, partem hanc sensi-  
 ita suis frui voluptibus, vt aliena commoda non prætermittat  
 & neq; illud inferius animæ genus, suis destruet utilitatem, que  
 rursus menti ac rationi ad constantiam, & veritatem con-  
 ruocanti intempestiuis suis interpellationibus officiat: cun-  
 que ratio, quæ totius hominis rectrix est, quum ad finem  
 fungenda ipsa se conferri, habet tamen semper alieni quoq;  
 temporis, & opportunitatis rationem: vt, ubi locis, & cognitis  
 tribus optimè prospexerit, tum libera & vacua, diuinis illis inci-  
 ditatibus sc̄ se impleat: ita æquatis omnium officijs, perpen-  
 dularibus, quū ynicuiq; datur parti quod est illi conseruanda

Beque illa de alia pars parte quicquam detrahit: regnatque,  
quod aeternandum natum est: paret, quod ad parentum: tum  
iustitia nimis in interiore homine per prudentiam existit. Dein  
excedit oritur temperantia, ordo quidam vita, & ornatus,  
ac moderationis appetitionum omnium, non volupsum illa peni-  
tente imperit, sed ingenius ex eo genere, & liberalibus volu-  
pibus modeste dedita. Quarta vero & difficultissima omnium  
vires, qui est fortitudo, oritur quidem illa ex superioribus, sed  
non tam opabilis ea viro forti est, quam interdum necessaria:  
non enim labores, exrumnae, pericula, mortes, ipsa per se app-  
pellantur: neque libens quispiam vitam & salutem proiecit, sed vbi  
in differentia venitur, ut aut ista suscipienda sint, aut honestas amittenda.  
Quae cunctatione vita vir magnus atque praestans, honesta-  
tem sibi manutinet, quam vitam retinere. Quod contingere nequit,  
nisi in natus, ita & virtute, & disciplina confitutis, ut in illis  
maximis sit autoritas rationis, qua quoniam prescripserit aliquid,  
quod rectum esse, ac deinceps decreverit, iusleritque id agi, reliqua  
admodum parentum partes praesto sint, imperiumque rationis na-  
tum exequuntur. Verum quoniam virtutes omnes reliqua, tum in  
primis haec, de qua loquimus fortitudo, maxime altius & coro-  
bovolumen eternarum scientia & cognitione. Nam, nec qui  
infinitum tempore mente comprehendenterit, is ob cupiditatem  
vitæ paululum propagandæ, aliquid indignum forti viro admir-  
etur, nec qui imministraret mundi, orarum, regionumque fuerit  
autem potius, regnum vilium tanti estimabit, ut eius affe-  
ctionis causa, iusfrandum violare arbitretur esse fas: denique  
pulchritudine decori illa cognitio, cui firmè & probè fuerit mente  
concepta, hic celestibus opibus scientiae & veritatis locuples fa-  
ctus, atque (ut heros noster Plato inquit) naturum in anima au-  
sum polliens, nunquam profecto pecunia gratia sordidum  
quicquam, & illibale efficit. Ex quo intelligi potest, virtutum  
omnium levitas, qua à natura in animis nostris data sunt, ex una  
rit ali, creolique philosophia, neque sine ea in quantum ad bonam  
frugilegum adolescentem, cum qui naturalibus virtutibus tantum  
modo, aut etiam more opinioneque comparatis, nisi sint: hi, ut  
vitam in partem aliquam præclarè se dederint, in alia tamen par-  
te non mediocriter sunt prolapsi. Plena exemplorum est historia:  
sed mihi properandum necessarium est, inclinat enim iam ad ve-  
terum dies. Talis ergo iste vir, quem Philosophia instruerit, re-  
cogno cum semper ipso educerit vitam, constitutis per prudentiam  
patrum singularum terminis, ut aliam alia pars non supergra-  
duent, nec opprimat, regnum ciuile & patrum obtinente intus  
suscipiat: placetus sibi ipse atque concors, tranquillam & felici-  
mam degit vitam, diuinamque illam regendi artem adhuc curit,

T. 4. qua

quæ quidem omnium est potentissima & maxima, ut quod in  
 præstat, eminenterque, mens & ratio videlicet, suum decorum in  
 rebus omnibus agendis, præcipue atque semper, alienum in  
 tem procuret bonum. Quo uno modo potissimum, & inferius  
 partes sua sorte contentæ, tranquillæ se habebunt: & propter  
 eorū illius in principe parte pulchritudinē, amore summo & fa-  
 dio ad parendum adducentur. Verum ita infatuus hic quidem  
 homo est, ut secum solus ipse possit, aut cum familia sua con-  
 difsimè vivere: qui iam in publicum producendus est, & mem-  
 bres consuetudines deducendus: non commentarii so-  
 tenebris, ut modò Phædrus dicebat, sed in lumine illo certum  
 veritatum, & ad exemplar illarum conformatioe suum emi-  
 tatus, atque prudens: Qui cùm dictante ratione, & gubernan-  
 te illa summi rectoris Dei sic monstrante, intellectu, ne de  
 solinatum esse, sed & patriæ præterea, & ciuibus suis, patre  
 sui non minimam cognato quoque, ciuili generi & celo elem-  
 eumque se ipse sociabilis, in primis esse animal attendet, res-  
 tem viderique eam, quæ maximè naturam hominis continet,  
 sine exercitatione, atque opere imperfectam existere: neque  
 fuisse posse beatam vitam: si non promatur ad res getandas,  
 adhibetur: quod iam & homines, quibus cum vetere &  
 instrumenta ad agendum, quibus utratur, requirit ut populatio  
 quo nonnulla pars nimis tribuenda est Forum. Cum  
 quam, ista omnia noster Philosophus cognoverit, sine tergat-  
 ratione villa ad obtemperandum ratione se dederit: prudenter  
 que, & accurate omnia circumspiciens, utique præceps ex  
 confilij Philosophia, instrumentum primarium communis  
 communicandi, quo prima intorni hominis effigies oculis spe-  
 cularium obicitur, atq; proponitur, formatis aperte & compatis  
 orationem: camque tanquam alteram personam perinde ex-  
 let, ut si totum se in illa sit expressurus. Curabit igitur con-  
 modè, ut distinet, ut propriè possit lequi, verbisque utrum lequi,  
 ex communi quidem sumptus loquendi vix: sed ramen vident  
 magis, quam sonantibus: copiam autem orationis hactenus ab-  
 hibebit, ut aptè, & rotundè sensa animi sui, cum significatio  
 mediocris interiorum motuum, explicet atq; exponat: nam ot-  
 torios quidem illos animorum impetus, forensibus caualrum po-  
 tronis derelinquer: ipse vero sedate, & grauiter, leni gestu, ante  
 vultu, omnia persequetur: Atque ab hoc adiutu talis & animi  
 in agendo prudentia atque virtutis, ad coniunctus hominum al-  
 commercia, ad consuetudines intromissus: quum quaenamque  
 intrulerit, quicquidq; gescerit, illud in semper exemplo sum-  
 mi & præpotentis Dei secum deferat, ut custodias semper dec-  
 rum suum, & alienum procuret bonū: quero a vobis, & abs te in  
 primis,

plim Phadr, num huiausmodi cūm sit, videatur cētibus hominum regendis, & gerendaz. Reip. autor fore idoneus? cūm præfertur quidem optimè se exercerit, per Philosophiam autem insipiens, quod in vnoquoque hominum diuersis ex naturis & pares consimilat, idem notari in ciuitate & distingui posse. Quoniam igitur vim prudentiae eductus à Philosophia & in illis alius canis eruditus, in semeiſo prius exerceretur, eandem manutexit ad hominum, vrbiumque rectionem, ac plebem quiād infinitam, quae maximè necessarias in ciuitate obit parces, ut veretur in agis colendis, oneribus vghendis, materia cādūda, opere faciendo infirmā illi in homine parti genitabilis collatam, partu contentam, & coniugio, procreationeque liberorū: curabit, vt fit sibi oportunitatibus instructa, omnemque ab illa iniunctum renouebit, diligenter adhibita, vt ne illa vnguam operie tamen vacet, sed tempeſtivis aliquibus semper laboribus distinguatur: Eademque ratione, si quid illi forte exuberare senserit, & superfluerit, reliquo semper quod satis fit, reliquum in publicis militates conuertet, neque secius tamē vrgente aliqua calamitate, eidem egenti atque oppresſae, de publico opitulabitur. Genit autem alterum ordinis mediij, quod sensili in nobis sunt comparatum est, vt magis hōnoratum quam primum, libelli quidem habebit, & cultius, particepsque consiliorum ac dignitatis, quoad licebit, efficiet. Sed tamen quoniam sensilibus si solitacionibus maximè est addictum, inter quas dominantur hāc, quae oculorum sunt, in externas illud & peregrinas mittet regiones: quo varias in illis species rerum intendo, mercesque comedens, patriam, vrbemque suam, rerum specabilium, & ea- rendem vultum, commoditatibus resarciat, luxuria tamē semper, præcipueque amputata: ne forte sublatum studiis inanibus mollescere effectum, dum suis finibus egredi, & in alienos concurat ministrare, veriores impedia viuitatis conuulsionsis publica. Nobilitatem verò, hoc est, ipsoſ optimates, qui non tam ex forma sua aut genere, quam ex virtute pendendi, mentis in hominum & rationis instar, vniuersae ciuitati preficiunt: quorum erit curatio, prouideat ac præcipere, vt omnia gerantur in Rep. recte atque ordine: parces que in societate & concordia teneantur, nichilque cinque deſit: quod necſiliarium sit ac legitimum: quos vbiſcatur ipſos operibus publicis contigerit, tum eos manus illud si fe bonum arque præſtantius quod obtinent, in rebus item præstantioribus, colloquare disponereque præcipiet: vt mentem, animonque videlicet, ad diuinarum rationum speculationem: ipsa vero ingenii, autoritatis, fortunæ, conferant, & conuertant ac liberalitatem ac beneficentiam: omnibusque modis nitantur laborarent, vt virtutem vberimè atque amplissimè exerceant:

Tt 5 in ca.

in cuius vniuersitatis studio atq; vsl, fructus beatæ vita, nec solum precepis illa & propria optimatum ordinis dignitas, sed uirtus eti honestiore multè ex genere, & voluptas ea qua pumilla etiamnium voluptatum ac suauissima continetur. Atq; hæc omnia quædem illa in Deo præstant, & eminentis diuini rectoris effigie & Philosophia cognita, in homine impresa, in cunctam polyanomia uitatem inducta, & translata est. Sed, vt ad eum, quem Philosophia hoc modo instituit, docuitque semper recte uentemur: aliquandoque petremus: Cernitis profectò quoque in natura est, quod sit pulcherrimum, ac magnificissimum, dotozum in hac via specie hominis verè Philosophi mentis stris expositum est. Nam primùm diuinum illud & longianans, quod uiratæ, & veritatis & sapientiae summe et compre-  
xrat præclarè in hoc Philosopho, atque cernitur: non eni-  
tate quoq; concordia, & coniugatione suarum partium omni-  
& in eodem libi semper constans, diuinarum que rerum ueritatis  
instructus, nunquam à sapientiæ consilio defensur, nu-  
quam varietate opinionum distractus: sed quaque fer-  
ret, regulam illam rectè agende vita: id est, ueritatem, tan-  
quam lumen de celo libatum, præ se ferens: res quantum-  
obscuras ac dispersas, & in lucem producit, vividet: & ueritatem  
colligit, ut mente comprehendendi possint. Quodq; in Principi-  
& Rege totius naturæ Deo maximè præcellit, communique  
est, quod ille diuinis bonis omnibus conferens, ac redimendis,  
quæ alienas opes fortuna expectat, & suas ipse in alcum la-  
gè effundit, commodum: siue id solum uerelle iudicet, ut  
quicquid agit, maxime ipsum deceat, carceris idem incendum  
taleque sit: quod in hac pulchri & decori perfectæ ab solutæ op-  
cie, omne imperium, omnis maiestas, omnis uerè dignitas, arg-  
uentio inest ratio. Similiter id in nostro, qui celestium duc-  
bonorum, menteq; insignibus donis ueritatis illustratus, nulla  
effrenata cupiditate animi ad ea fortuna bona appetenda pro-  
pitit, qua præter subsidium necessitatemque nature, extre-  
mariis præterea cupiditatibus sunt proposita: magisque id in  
studio & cura habet, ut aliis sit ipse adiumento & commode-  
quam ut aliorum opibus augetur: solum autem suum & pri-  
prium bonum ipse id existimat, quod est aptum, convenientem  
corum, pulchrum. Ac quemadmodum proper decori euident  
dignitatem atque præstantiam, facile est Deo in omnem di-  
uina imperium: ut illi, sponte sua ac volentes, celestes primi  
globi, siderumque, & stellarum eterni ignes: deinde propriæ  
quoq; nobis elementa, stirpiumq; & animalium cuncta genera,  
sedulo, libenter, enixeq; obediunt: quod amore pulchritudine  
eensiæ atq; correpta, quod in Deo præstantissime eluet, proxim-

se si enim conantur adjungere, illiq; quod licitum est, cupiunt  
inhere. Item hominis ratio pulchritudine simili predata, nem  
pe quod imitatione assequi primogenum & summum exemplar  
possit: enidemq; honesti ac decori Philosophia beneficio parti  
cips primum interioris animæ partes studiosè sibi habet obtem  
perantes: ut amoris imperio, quod fortissimum est, & vehemen  
tissimum, non vi, neque metu, infirmis imperij custodibus, facili  
erit omnia & regar, & tueratur: deinde in commercia & societates  
dominum translatæ, vbi Rempub. & ciuitatem staruerit ad se peri  
nec (non enim Philosophum nos patre operario, neq; ruris ex  
sitione aut lapide natum esse volumus: sed ex eiusmodi sanguine,  
in quo liberalium artium cogitatio, & studia humanitatis vi  
deant aliquando cadere poruisse) quosnam progressus vobis  
videtur habitura? Nōnne qui ab hac præclarâ disciplina pro  
ficiunt, vt primum agere cœperit securus, quam ab egre  
gia illa Phædri sapientia est præceptum, vt non sequatur, nec  
inveniatur populum, nec se inconsultis ferri opinionibus finat:  
tanquam abest, & præcipiat alii opum adipiscendiarum pak  
man, quod rueribus, tumultuantibusque cœteris, solus ipse  
stabit, & quieto animo permaneat: neque se illa eiusmodi  
cupiditate permittrat trahi: conuertet in se primum asperitus po  
puli, deinde multorum sermones excitabit, mirantium & per  
coramant, quinam sit, & vnde, qui tam robusto, & alto sit a  
nimò, vt non eisdem rebus ipse, quibus vulgus, mouetur:  
quod siquos etiam eorum, qui ad rapiendum & congerendum,  
mala cupidine incitati se proiecerant (vt sapienti spes ante fortu  
na gravior fefellerit: nōnne hic, qui se continuit ac represtit, plus  
mum videlicet, quam careri, sagaxq; in primis & prouidus esse  
existimabitur? Et quoniam vita fert, rerumq; & temporum ex  
giut inclinationes, vt periculum cuiq; sui, ex natura, & inflicto  
suo faciendum saepè sit, qui hanc constantiam rectè, ordine, &  
omnia agendi, quam Philosophiam nominamus, ad omnes res  
adhibetur: nec cuique rei plus minisue quam quantum par sit,  
sequimus, tribuerit: fidem & veritatem sanctissimam habuent in  
vita, autquam ab eo, quod deceat honestumq; sit, discesserit: eo  
rum qui ad ipsius curam, fidemque pertinebunt, commoda in pri  
mis, ornamentaque prouiderit, maximum ipse sibi ornamentum  
retineri dignitatem: postremò in tota vita, in suis dictis, con  
sulis, facilisque omnibus, simili sui vndique, & semper sibi con  
gruens, requabilisque constiterit, quod nemo plane, nisi idem sit,  
quæ Philosophia sit eruditus atq; instructus, probè potest & ad a  
mum facere: verendū credo erit, ne nō omnia in se amores, atq;  
studia, omniū mentes animosq; conueriat. Admonebuntur, (mi  
hi credite) homines specie illa honesti, quæ in graui viro & confi  
dera.

derato eximia est: commouebuntur, impellentur: primi oculorum animorumque contutus in illum vnum cuncti vocijciant: decinde, vt ament: postremo, cum tota illius rite una ratio deliberatioque patuerit, ac perspecta fuerit, vise & suam illius fidei, vigilie, prouidentiaque studiofissime permutant: qui enim poterunt agere secus, quum viderint illum al meditari aliud in vita, neque praeferre ferre, quam vi Deum pro clara imitatione, in seipso referens, suum decorum, honestumque perpetuo custodiatur: alienum autem procurer bonis operis hæc in quam præstabilis, planeque diuina, semper humeritibus atque animis dominata est: semper voluntatesque in potestate habuit. Quid deinde autem, quid enier? Iustumne tu putas, Phædre, sapientem tuum per afflictiones & familiaciones, variamque illam gerendarum rerum caliditatem, fortunis & fortunarum adipisci posse, quanta hinc fortunæ & hominum præmia, non dico consequentur, sed planè obvientem, qua rïquam natio est tam immanis, & barbaræ: quis tam crudelis, impiusque tyranus, qui non specie tali illius vitæ communiceatur? ut etiam si eum diligere fortasse non possit, proprietatem animi feritatem: hæc tamen perculsus tam enim dignitatis, incident in admirationem necesse est. Et qui tunc humaniore prædicti homines sunt, sumimi, infimi, ciues, catoni, nequaquam illi profecto se & sua fidentius commendabunt, sibi isti ipsi: nec quenquam cupidius ad suas fortunas regendas accedunt quam hunc, quem viderint in aliorum bonis commoditys procurandis, suum ipsum omne bonum & commodum contuentem, itaque omnia sufficiemt ac gerentes, vt faciunt laborum & operum, ad ceteros utilitas, ad ipsum autem fructus virtutis atque officij qui maximus in vera vita & libertate est, pertinet. Coletur igitur, honorabitur, amabitur, ipsiusq; consilio & auctoritate gerentur plurimæ: neque ipse tamen alieni negotiis se offeret, neque experter admodum publicis procuracionibus se distracti: sed quicquid eiufmodi ager, atque sufficiat, totum officio dabit atque humanitati: ipse vero in illa beatissima cura rerum ecclesiasticarum & diuinarum permanebit, quod poterit, contemplandarum: vitamque eam in primis amplectetur, qua maximè è natura est, maximeque hominis propria. It quidem non corpus, neque animus reliquæ, sed mens solam id illud ipsum, quod est homo. Quapropter veras idem enim ac proprias hominius consequetur voluptates: non illas annas infirmæ, quæ & bruta maximè, & eadem false inaneisque fent: neque rursus eas, quæ in sensibus consistunt, vagas & errantes, & varietate ipsa semper instabiles, sed cum has virtutisque modo rationeque finitas, tum illas plenæ & cumulate, que artificiis & con-

de complesi, & peculiariter attingunt hominem, inque cum ipsius punitus se infundunt, & illaquefaciunt, sicutque menti, & iis, quæ ex mentis officio geruntur, agnate maximè & familiares, quorum ut verissima, atque purissima, sic iucundissima & familiaria est perceptio. Quocirca homo præceptis Philosophie edens, ac senectejo in omnem partem recte vitens, similem se fiet, quod fas est.) efficit Deo, tunc in vita ratione, dum quo ille agit omnia agit, codem iste modo cuncta & aget, & exequetur, & decet sibi, semper profit aliis, tum in perpetua animi letitia & voluptate. Qui si præter has communis Philosophie rationes, quæ similitudinem & imitationem præpotentis Dei insinuat nobis atque proponunt, illa quoque præterea maxima atque amplissima eiusdem Dei beneficia in genus humanum cognouere, que vel tantum generi nominique nostro, qui Christum filium insegnant, Dei colimus, & profitemur, proprie ac singularem dara sunt: quod in hac vna religione, & salus hominibus est, & rea beatæ vite in terris ratio, in celo immortalitatis adesse: nesciam per Philosophiam, à pura & integra religione non decessit, quemadmodum tu, Phædre, dudum calumniabare: sed magis ea etiam frateretur, & confirmabatur, ad eos enim amorem, qui communibus beneficiis Dei summi debentur, accedente alii magis peculiares & proprii, per quos fortissimè cum Deo conligatus. Non enim de leibus sophistis in presentia, neque (ut opinor) de futilibus hominibus quibusdam, sed de consideratis & integris & constantibus effervoso, qui omnia metuntur confuso & probitate, neque à maiorum suorum, de quorum integritate, & sapientia optimè sentiant, decretis arguuntur, scitivis puto recedunt: sed quo ingento hominis, atque doctrina penam non potest, de eo paciuntur Dei immortalis numine, & veterum autoritate sanctissimorum hominum, facilè sibi persuasi. Hic paulum quum requiescem, Exposui vobis, inquit, quemadmodum quidem porci, & vim virilatemque Philosophie, & gaudi viri qui ritè ac legitime philosophentur, speciem atque humanam. Quæ mea expeditio vniuersè facta, satissimè respondere Phædi calumnias videatur, vestrum iam est iudicium. Mihi quidem & magnitudo rei, & breuitas temporis, & mehercule, rem, in quo modo ex est, fateti volumus, mei etiam ingenij ad tantum tollendum pondus exilitas, vehementer obstruit, quoniam vobis omnia, quemadmodum quidem cupissem, potuerim exprimer: in quo non recuso, quin mea tarditati culpam, non Philosophiae ipsi assignem. Hic Gallus, sanè quam probasti in mihi, Sadoleto, defensionem tuam, inquit, nec video, Philosophia quid posse esse diuinius. Itaque ego, qui in eam antea populacione animi ferrebar, nunc planè illius amore tosus ita ardeo,

ardeo, ut non sim eam inquam ē complexu meo dimissuram  
 aucto quam maximē, & quam primum, ut ista que sunt à te dī-  
 tata, in commentarium referantur, quo ocyus quem exemplū  
 Urbinum mittere ad meos amicos, taleis viros, quales tu quo-  
 que in primis existimas. S V M M O S & singulareis dicit, novi,  
 quorum conuentu apud lectissimā omnium foeminarum H.  
**L I S A B E T A M** reginam Vmbrice illa ciuitas atque adeo finia  
 omnis ornatā est. Vero, nec iniuria, inquit, non enim ipsa  
 bi terrarum, neque nostra, opinor, neque antiquorum nemi-  
 tia, tot & taleis principes ingenij ac literarum facile videntur  
 quispiam posse nominare, quot num Urbini preclarum esse  
 confirmant: quippe cum illic adsit & Petrus Bembus maximo  
 lebitate & nomine vir: quem prater eximiam omnis virtus  
 humanitatis laudem, verē parentem, cūn Romanā veteris, pa-  
 recentis huius Italæ eloquentie possimus appellare & duobus  
 tres Italæ vel præcipua lumina, Federicus & Octavianus fratre  
 nobilitate, dignitate, prudentia, literis maximè illustres, inq-  
 spectatum ac nobile par Baldassarus Castillioneus, & Celsus Go-  
 zaga: qui militariis ambo & bellicis virtutibus ingens, al-  
 lam fortitudinis laudem, optimarum quoque & literarum, &  
 tium, non inferius decus, addidere. Quanquam ne singulare  
 ligam, illam egovrbem hoc tempore, non hominum cuique  
 modi domicilium, sed Musarum diuersorum esse puto. Atque  
 inquit Cicerarius, habeo statim queis cum communiceam, famili-  
 tis hos nostros, quorum quotidianis cœribus domus taz, Galle,  
 celebrabatur, Camillum Porcium, & Blotum Palladium quo-  
 rum ingenij, spectabilique morum & sermonis eleganter disti-  
 sumus omnes appicimè delēctari: Et si, quanquam riteque vor-  
 que, tamen alter eorum oratoriam magis laudem, alter poësi-  
 cam est prosecutus. Tum autem Camillum Paleorum, & Philippum  
 Beroaldum, hunc iuniorum dico: Nam ille senio haec fide  
 visqueaque doctorum iudicio idoneus est qui probemus inca-  
 tem duo suis ingenij & virtutum ornamenti, non minime  
 Bononiensi modo, vnde oriundi sunt, sed huic vibrante, non  
 exiguum decus poterunt afferre. Nam Euangelistam Matha-  
 num, tuum familiarissimum, Sadolete, quemque; nos omnes pro-  
 rimum ipius merito, & quanquam doctus admodum vir et, ho-  
 manitatis tamen ac liberalitatis causa præcipue diligimus, non  
 ego gaudio sublatum iri puto, cū te operam han causæ alle-  
 lophiz laudemque ex ea consecutum esse intelliger. Viam  
 quidem inquam, talibus ingenij, mea hac opera & voluntate  
 re probata sit. Sed quid ait nosis Phœdrus? Egōne inquit u-  
 eno quodam in hominum genere tuum istum sapientem, tan-

quum in somniis constituisse. Nam his quidem hominibus, qui  
bus cum viuimus, mea sapientia ad manum sumper futura est pa-  
rare. Quae cum essent dicta, surreximus omnes, aliquotque  
et contemplationibus ultro & citro factis, reliquum convivio, var-  
que sermonibus, Phædro in primis multa faceret, urba-  
niterque dicente, hilarem & lætum con-  
sumpsumus diem.

FINIS.



IACOB.